

Legia Catholica

Robertii, Johannes

Leodii, 1633

89. Ernestus Bauarus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](#)

eorum , & totius Populi constantiam in Fide, magnifice laudat, &, ut porrò pergent, hor-tatur. E quibus Leodiéses meos illa verba recordari velim , & altè animo infigere: Confirmab-
ant vos Catholicam Reli-
gionem, piè , catholiceq; cole-
re: hæreses pænitus odiſſe, &
detestari, atque abigere.

Post multa, præclarè, maxi-mè pro Religione gesta , Epi-scopus Gerardus, defunctus piè & Catholicè est ferijs SS. In-nocentum anno 1580.

LXXXIX. ERNESTVS BAVARVS.

PAtribus Societatis IESV, qui iam inde ab anno 1566. sub Groesbekano, Leodij Deo , & Proximo operam dederāt, Do-micilium attribuit, quod Fra-trum

n-
u-
r-
os
&
a-
l-
e-
g-
i-
n-
S
ui
b
&
I-
n-

trū S. Hieronymi catenus fue-
rat. Qui anno 1581. vltimā die
Aprilis, Iuuentutis Scholas a-
peruerunt.

Ernestus contra hæreticos,
& eorum receptatores Edictum
promulgat & Iohannē Backs,
qui prava dogmata docuerat,
hæresin abiurare cogit.

Hollandi ad Ordines primūm
Leodienses : tum ad Ernestum
Præfulem scribunt, conqueren-
tes, suæ Religionis homines in-
dignè tractari : respondet Pre-
sul , vt Catholicæ Religionis
Defensorem decuit. Quin &
tunc, & deinceps quoad vixit,
hæreticos perscrutatus est, eie-
cit, supplicijs affecit.

Idem Quadragesimæ Ieiu-
nia . hæreticorum viciniâ non-
nihil labefacta, Edicto propo-
sito , religiosius obseruari præ-

E 3 cepit.

cepit. Tum Monasteriorū quo-
rundam abusus sustulit, pro-
bante eius diligentiam, & Con-
stitutiones, Summo Pontifice.

Tandem, iteratis Edictis Ec-
clesiae Leodiensi contra hære-
ses, Aquisgrani maximè in vi-
ciniâ grassantes, cauet; & pla-
cidè in Domino moritur, An-
no 1612. die 17. Februarij

XC. FERDINANDVS
BAVARVS.

DE hoc ne adulari videar, si-
lebo. Satis loquitur Catho-
licum illud Symbolum, quod
non magis Serenissimæ Fami-
liæ insignibus subscribit, quàm
Vitâ, & Moribus describit.
AVITA FIDE.

Lector